



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena**

**Cabilliau, Baudouin**

**Antwerpen, 1625**

Elegia XVII. Pulchritudo Magdalenae interna.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70461)

## ELEGIA XVIL

*Pulchritudo MAGDALENÆ  
interna.*

HACTENVS horrificis torquata Medusa  
colubris  
Magdala, nunc ibis digna virago Deo:  
Si modò, quę nunc est, poliat noua cura figuram;  
Quæque fuit, liquidis deleat vnda genis.  
Pristina si stat forma, cades obnoxia leto;  
Sin cadat, apta sacro stabis imago toro.  
Nunc igitur CHRISTI vultu duc æmula vultū,  
En speculum; impexa h̄ic tibi come comas.  
Quām citō formoso vitrum rapit omnia vultū,  
Quām citō fulua nitens imbibit astra lacus:  
Tam facili cunctas Amor induit ore figuras;  
Pulchrior ille lacu, purior ille vitro;  
Et tu lenta sedes incultis hispida cirris,  
Hic vbi formoso lux tua fonte natat?  
Castior ô filuam per læuia colla fluentem.  
Castiga, & gracili stamine stringe comas.  
Non benè, crede mihi, nudā quis fronte pudorem  
Ponit, vbi cœnæ sit Deus ipse caput.  
Dum vixi, vixi benè culta virente smaragdo,  
Et stetit aurato frons redimita peplo.  
Tu nunc illa Charis, tam comis amica leporum,  
Vis posito mundo rustica nymp̄ha mori?  
O vbi frons, & frontis honos? hæc vltima formæ  
Gratia, vt incompto forma cadat capite?  
Vt quid inornatis passis que in honora capillis  
Vibranum violas in tua probra torum?

An



An pudor attritus ferreâ de fronte pudorem  
 Auget adhuc, nec te depuduisse pudet?  
 Quid tibi cū squallore, comaq; vagante seueras  
 Per lacrymas? isthæc symbola digna Deo?  
 Sic tamen inuitas, vt ades non compta, Tonantē:  
 Et tenui plorans murmure, dicis, Amo.  
 Sit satis hoc: valeant teretes cum pectine vittæ,  
 Et crinalis acus, velaque tintæ Tyro:  
 Nil tibi cum mundo, diues cui mundus I E S V S.  
 Quo minus ornaris, te magis ornat Amor.  
 Stat donis mens pulchra suis, proprioque paratu:  
 Ipsa sibi virtus præmia persoluit.  
 Nunc tibi torquatæ facies micat æqua columba,  
 Aurea cui cunctas gratia donat opes.  
 Hic pudor, hic casto sedet alba modestia vultu,  
 Hic & flexanimo suada stat ore Charis;  
 Hic color ingenuus, parcae hic bona vincula  
 linguae.  
 Adde verecundis nupta coralla labris.  
 Lex hic iuris amans, vis hic adamantina Diuūm:  
 Hic modus, hic fati prouida cura sedet.  
 Et quæ nō radiat virtutum hic gemma, vel aurū?  
 Magdala tu quanta es, tota monile nites.  
 Dum C H R I S T I ad radios, tua lumina vertis  
 ad imbres.  
 Ex illo quantus Magdalin afflat honos!  
 Quam pulchris formosa genis oblitus imago,  
 Quas minio pingit purpura casta suo!  
 Quam benè compta nites rosei Regina pudoris,  
 Hic ubi non comptis filua stat hirta comis!  
 O felix speculum! quæ sic ornare, nec ornas!  
 Hoc tu plus cordis, quo minus oris habes.

E L E